




1919

[Handwritten signature]

[Faint handwritten mark]

Handwritten signature or initials in blue ink, possibly reading "A. P. S."







Q 121, 2134

Dem WolEdlen Gestrengen vnd Besten

E. G. Erman von vnd zu Kronberg

des Heiligen Römischen Reichs zur Burg vnd Statt Fridberg
in der Wetteraw Regiments Junckern vnd Burgmann/
Meinem großgünstigen Junckern.

E ist sehr weißlich von Gott dem Allmächtigen Schöpffer vnd Allwissenden Regierer seiner so viel vnd mancherley Creaturen geordnet/ vnd fürsichtiglich angestellet/das ob schon an einem jeden ort alles zubekommen ist/doch an einem jeden ort nicht alles wächst.

Dann wiewol am löblichen Rheinstrohm allerhand sachen von Feld- vnd Garten Gewächsen gefunden werden/welche der Mensch beydes zur Auf- fenthaltung Leibs vnd Lebens/vnd dan auch zur belustigung seines Gemüts gebrauchen kan: Jedoch sehen wir täglich/dz so wol weitgelegene/als benach- barte Landschaften unserer / vnd wir hingegen ihrer Güter theilhaftig werden vnd genießten. Daher nicht allein Kund- sondern auch Freundschaft zwischen den Contrahirenden Personen gemache wirt: Welches vmb so viel mehr der ehren Gottes dienet/das/weil der ort einer Landschaft zu eng/ zu gering/ zu vnartig seyn würde/ allerhand Gewächse zubringen/wir anderen die vnserige vnd sie die ihrigen Gaben vns können zeigen vnd lassen zukommen.

Vnter andern müssen wir gestehen/das Gottes sonderbare Weißheit sich sonderlich erzeige/in dem herrliche Blumwerck/welches die Natur selber zeuget/in so viel vñ mancherley Gattung/Gestalt/Größ/vnd Farben/das/wer solches in acht nimpt/mit dem Königlichen Propheten David sagen muß auß dem 111. Psalm: Groß seynd die Werck des Herrn/wer ihr achtet/der hat eitel Lust daran. Was er ordnet/das ist löblich vnd herrlich. Fürnemlich aber erkennen dieses/welche sich in Betrachtung sol- cher Dingen vben/in dem sie dieselbe mit Fleiß beschawen/oder in ihren Gärten sich befleißten/diesel- bigen zu bawen/zuziehen vnd zupflanzen.

Was mir vnd meines gleichen begegnet/in dem wir vns dahin bearbeiten/das wir/so viel Mei- nliche Kunst vnd Fleiß vermag mancherley Gewächs/sonderlich in Blumenart/abreissen vnd für Aus- genstellen/vnd den vnbekanten begehren bekant zumachen/ist leichtlich zuerachten. Dann vnter han- den müssen vns gleichsam solche Gedancken auffsteigen/wie groß/mächtig vnd herrlich der Schöpf- fer seyn müsse/mit seiner Weißheit vnd Krafft/der in so kurzer Zeit/ohne einige Mühe vnd Arbeit/so viel schöner/wundersamer Gewächs auß der Erden herfür bringt/welcher kaum den wenigsten Theil gänglich anzubilden vnd zuentwerffen durch Menschlichen Fleiß langwürig/wo nicht vnmöglich.

Jedoch sind wir der Zuversicht/vnsere Arbeit werde beydes Gott vnd dem Menschen gefallen/dieweil auch die Ehre Gottes durch vnser todte Arbeit/die doch dem Leben nachstebet/mag befördere werden/als das die jenigen/die wegen fürfallenden Vngelegenheiten/frembde Länder nicht durchreis- sen noch derselben sonderbare Gewächs beschawen mögen/ auß diesen vnseren vorgemachten An- bildungen dessen/davon sie hören/etlicher massen können aufsichtig werden/darauffen sie Ursach be- kommen/ihren vnd solcher schönen Creaturen Schöpffer zupreisen. Wirt also zum wenigsten denen angeneh vñ nützlich seyn/welche ihre Lustgärten so wol mit ausländischen/als mit einheimischen Ge- wächsen begehren zubesezen. Dann hieraus können sie abnehmen/welcherley ihnen mangle/desglei- chen wie sie solche Gewächs/darnach sie lüftet/ohne Betrug mögen zuwegen bringen/sintemal ich darauff gesehen/wie ich/sonderlich die frembde Gewächs belangende/dieselbe nach ihrer Art mit Zwies- beln vnd Wurzeln vor Augen stellet.

Es haben sich bisher viel Gelehrter statlicher Leut hierin bemühet/das sie solche Bücher zuwe- gen brächten/für anderen nenne ich Ehren Geschicklichkeit vnd angewendtes Fleißes wegen D. Ca- rolum Clusium/Johannem Robinum vnd Petrum Balet/welchen ich theils in diesem Werck nach- gefolget/damit solche Arbeit auch in Teutschland vielen bekant vnd zu nuß gemacht werde.

E. G. aber hab ich vor andern diese meine Arbeit wollen dediciren vnd zuschreiben/dieweil ich viel gehöret/zum theil selbst gesehen/das E. G. mit sonderlichem Lust/auch nicht ohne Vnkosten ihre Gärten mit den schönsten Blumen vnd Erdgewächsen sich vnterwinden zufüllen vnd zu zieren. Verhoffende E. G. werde Ihr diß mein Vorhaben nicht lassen mißfallen. Hiemit E. G. sampt dero vielgeliebten Gemahlin vnd Kinderen auch Adelichen Freundschaft dem Schutz vnd Schirm des Allmächtigen empfehlend. Geben zu Oppenheim/den 10. Septembris M. DC. XL.

E. G.

dienstwilliger

Johann Theodor de Bry.

X

AD



AD LECTOREM ET Spectatorem Anthophilum.



MAXIMUM omnium mirandorum DEI operum in tota Mundi universitate miraculum esse ipsum *μικρόκοσμον*, parvum mundum, hoc est, Hominem; jam vulgi sermone tritum, Doctissimorum quoque calculo est comprobatum.

Nam si æquos rerum æstimatores nos præstiterimus, & sive partes, quibus constat, Corpus & Animam; sive dotes, quibus ceteris præstat animantibus Homo, Rationem & Orationem, consideraverimus, affirmabimus certè, DEUM pro singulari sua sapientia, tum sui ipsius & infinitæ suæ naturæ, in Spiritu & Mente Hominis: tum immensæ hujus Mundi Machinæ in mirabili structura & compage corporis humani, specimen edidisse, epitomen exhibuisse.

At si, quid maximè mirum in mirando hoc sit miraculo, observaverimus, in eo sanè mirabilem DEI sapientiam, magnam potentiam summumque artificium elucere videbimus, Quòd in tot hominum millibus vix unquam unus alium exprimit.

Etsi verò concedendum omnino est, Hominem maximum esse miraculum, quod haud illibenter concedimus, attamen si oculos paululum circumferamus in ipso *μακροκόσμῳ* typum sive effigiem compèdiosi & stupendi hujus miraculi deprehendemus. Arborem inversam Hominem à Veteribus (nec sine ratione) appellatum accipimus: horum exemplo omnem Hominem appellare Plantam, liquidò possumus. Planta autem est, non tertæ infixæ aut immobilis, sed cœlestis, cujus tanquam è radice caput sursum erectum in cœlum dirigitur. Quoniam igitur hoc libro variorum Florum & rariorum Plantatum effigies per quam artificiosè ob oculos ponuntur, brevem Plantæ sive Floris cum Homine comparisonem instituere visum est.

Variæ quidem eaq; elegantes similitudines tam à sacris, quàm à profanis Scriptoribus ad Hominem, Hominisq; ortum, progressum vitæq; finem depingendum, ex rebus Physicis petuntur, sed haud scio an illis, quæ Plantarum Florumque naturam intueri jubent, ullæ sint aptiores.

De Sphinge, monstro Thebano, hoc ferunt Scriptores: cogebat illa transeuntes consistere, tali propositâ quæstione: Quidnam id est in Orbe, quod quaternis primùm pedibus inambulat, duobus porrò, atque mox tribus, & postemò quaternis? Hoc ænigma nescientes diluere, in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter habens, ænigma solvit, & de Homine interpretatus est, qui infans manibus ac pedibus repit, adultus erectus incedit; ad senectam vèrgens pro ter-

tio

P R Æ F A T I O.

tio pede adhibet Scipionem, postremum decrepitâ senectâ, duobus Scipionibus, quatuor quasi pedibus gradum facit. Non absimilem esse rationem Plantarum, Florum, Frugumque, vel ex illis ipsis à Christo Luc. 4. propositis parabolis disci poterat. Sponte sua, inquit, terra fructum fert, primum herbam, deinde spicam, deinceps plenum frumentum in spica. Quæ Servator ibidem de Sinapis grani, cum seritur primum, exiguitate; de eisdem, cum assurgit, magnitudine, in quam excrescit, differuerit, nemini est obscurum. Sic, quomodo Plantarum ac Florum origo, Hominis ortum (quorum neutrum miraculo caret) nobis ante oculos ponat contemplandum, vidimus, porro tam Plantas & Flores, quam Hominem jam natum atque educatum, cum suis ornamentis, intuebimur.

Tam multæ autem Plantarum Florumque sunt species tamque multiplex & ad usum & ad fructum varietas, ut etiam illi ipsi viri, qui varias Regiones Plantarum observandarum gratia peragrarunt, sicut omnes peragrassæ Regiones, sic omnes se observassæ Plantas, nunquam gloriari possint. Nulla enim est Regio, nullus hortus, qui non peculiare & sibi quodammodo proprias non alat. Solum hoc DEI OPT. MAX: fundum jure dixerimus. At quis percensere queat numerando tam varias tamque diversas in hoc hominum nationes, linguas, mores? De Ulyssæ suo πολυτρόπω audet Homerus initio Odyss. affirmare

πολλὰν ἀνθρώπων ἰδέν ἄσπεα καὶ νόον ἔγνω; sed quod πάντων, quod omnium viderit urbes, quod omnium populorum mores perspectos sibi habuerit, affirmare non audet. Novi Orbis Juventores miras ibi hominum species, miros eorundem mores narrant: Sed non minus ibidem Plantarum, Florum, Frugumque mirandam esse varietatem & diversitatem, ostendunt eorundem species, quas nobis visendas apportarunt. (ut legere & videre est in libris ab hoc Autore ista de re editis) Sed in nostris hæreamus regionibus: Qualia & hîc hominum producit corpora tellus, Mille hominum species & rerum discolor usus apparet. Adde, quod Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ: Cujus diversitatis consideratio delectationem affert non mediocrem: Sed in ipsa collatione pergamus. Omnium, quæ terrâ nascuntur, venustate & dignitate præstantissimi sunt flores: Sic homo corporis & animi dignitate, omnia antecellit animalia, cunctas vincit creaturas. Variorum in Floribus colorum varietas tanta est, ut à pictoribus exactè exprimi nunquam potuerint. Tanta scilicet est tamq; excellens Creatoris in rebus producendis, vegetandis, regendis prudentia & facilitas præ ista, quam hominibus concessit, ut eam vel maximè obvius Liliorum Flosculus docere possit. Eandem donorum varietatem in hominis deprehendere licet, quibus à DEO ornantur, ut propter eximias corporis & animi dotes quidam sint conspicui, ut Flores inter gramina. Quemadmodum verò omni Flosculo non color omnis inest, sic non uni dat cuncta DEUS, sed pro libero voluntatis suæ beneplacito variè sua dona distribuit hominibus. Ejusmodi nobis Flores in horto Sacrarum literarum monstrantur: (urticas Gentilium tangere nolo.) Corporis pulchritudine omnibus antecellit Absalom: animi prudentia cunctis & antecessoribus & successoribus præstat Salomon: Corporis robore quovis vincit Samson: Linguae facundia multos superat Apollo.

Totam sepe domum odoris fragrantia complent Flores: Sic qui virent, vigent homines, qui dona, quæ in se sunt, gnaviter exsuscitant, bonam aliis de se spem dant,

P R Æ F A T I O.

dant, quod grati olim, quod chari, quod utiles Ecclesiæ vel Reipublicæ sint futuri: Laudem verò nominis sibi comparant immortalem, quæ non Balsamo solùm, sed divitiis quoque multis ac magnis anteferenda prædicatur à Salomone. Efficaciâ denique Flores vel maximè sese nobis commendant, utpote quorum non postremus sit usus in medicamentis conficiendis, quibus salutem hominum consultitur: sic, qui sua autoritate, prudentia, eloquentia legitimè utuntur, maximo Patriæ commodo esse possunt. At multi sanè Flores aspectus quidem sunt jucundissimi, odoris verò teterrimi, qui non juvant sed nocent, non delectant sed gravant applicantes: Ita qui suis donis, tanquam furiosus gladio in perniciem generis humani abutuntur, quibus commodius quam infructuosis fruticibus aut noxiis Floribus comparentur?

Fragilitas tandem vitæ humanæ interitu Florum nobis, quasi conspicienda & palpanda proponitur. Etenim quò maturius quisque provenit, eò maturius desinit. Nam qui existimât, Esse aliquid primis pomaria carpere ramis, illi quoq; teste Nasone, haud parvi faciunt, si contingat ipsis - Teneram primo deligere ungerosam. Quo jucundior, suavior, fragrantior Flosculus cognoscitur, eò succissioni est propior, si quidem Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris, quod tam de hominibus quam de floribus est intelligendum. Flosculus enim ubi vel à mesfore succeditur, vel à spatiente decerpitur & manibus teritur, vel à vento urente percutitur, uno quasi momento omnem & jucunditatem & suavitatem amittit & abjicitur: Ita homo levi correptus morbo marcescit, & interdum uno quasi momento concidit & mox ita fœtet, ut ex oculis atque aspectu hominum removendus & in terram abjiciendus sit.

Non rarò fieri videmus ut solum, in quo flores nascebantur, vertatur, superimponantur ædificia, adeoq; locus illorum postea nesciatur, quia funditus eradicantur: sic splendida sepe Familiæ extirpantur & in earum locum plantantur aliæ, quæ uberiores & jucundiores fructum afferant Colono. Hujus verò cœlestis Agricolaë manibus Plantæ in Christo plantatæ, licet ventorum tempestatumque violentiâ quassentur, imò mortis quoque temporalis falce demetantur, succidantur, colligentur tamen in horreum DOMINI, & tandem efflorescent denuò in magna gloria.

H O R T A T I O

ad

Laudes divinas decantandas.

AD J E H O V Æ quem non celebrandas carmine laudes
 Gratia tot meritis accumulata trahat?
 Aspice fulgentem rutulanti lumine Solem,
 Aspice, quando potes, cetera signa Poli:
 Aspice currentes resonanti murmure Rivos.
 Aspice tot pluvias, aspice roris aquas:
 Aspice ludentes sinuoso flumine Pisces,
 Aspice, quis liquidam Fontibus addat aquam;
 Aspice ridentem viridanti gramine Campum,
 Aspice, sylvæ quibus sit decorata comis:
 Aspice, quid monstrat recreantis vinea vini,
 Aspice, quis variis frugibus ornet agros:

Aspice, quis Corvo cupienti suggerat escam,
 Aspice, quot sylvis dulce querantur aves;
 Adspicis? & cessas DOMINO persolvere grates,
 Qui regit imperio cuncta creata suo?
 Non poteris tam grande nefas purgare, supremi
 Cum reus astiteris Judicis ante thronum.
 Ecce Creatori quoq; redit laudis honorem,
 Bestia, PLANTA, nihil quæ rationis habent.
 At Homo, cui sanam tribuit cum corpore mentem
 Larga DEI bonitas, nil tibi turpe putas?
 Has animo curas vigilanti volve, revolve.
 Gratia quo J E H O V Æ sit referenda modo.



Tusaj, siue Liliūm Persicum,



Tafel zur Erläuterung des



Tusai sive Lijlium Persicum



Tusai cum semine.





Lilij Susiani flos.

*Lilij Susiani scapus
cum radice.*



Sultan Zambach.



Summ. Korbweib.





Tulipa Persica

Tulipa flore vario





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Sachs)



Tulipa flore vario.





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saxia)
*







UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*



Tulipa serotina major.





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*



Narcissus pleno flore.

*Narciss. Indicus flore
rubro Vulgo Iacobus*





Narcissus Matheoli.



Verbena Maritima



Pseudo-narcissus major
Hispanicus.



Nar. luteus Multiplici
Calice.



Nar. Medeocroceus
amplo Calice.



Pseudo-narcissus pleno flore.



Pseudo-narcissus
juncifol. luteus
minor.



Nar. totus
luteus Medius

Pseudo-narcissus
minor Hispanicus





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*



Narcissus medioluteus
Pysanus.

Narcissus luteus Africanus maior.



Narcissus
mediopurpureus.

Pseudo

Pseudo Nar?
Iunci fol. Maior
flavo flore
Nar. Iunci-
fol. luteus
Maior.








Narcissus Africanus aureus maior.

Narcissus latif. flo. prorsus albo.

Narcissus latif. flo. prorsus albo.





*Nar. Iuncifolius amplo calice
luteus.*



*Nar. Iuncifoli⁹
albus autumnal⁹
medio obsoletus.*




*Nar Iuncifolius
flore pleno.*

*Nar.⁹ Iuncifol.
maior luteus.*

*Nar.⁹ medio luteus
Serotinus calice breui*

Nar.⁹ Calcedonicus.



Very faint, illegible handwritten text, possibly a title or description.





*Leucoium bul.
autumnale tenuif.*

*Leucoium bul.
serotin. majus.*

*Leucoium
exaphilius
Maius.*




UNIVERSITÄT
WALLE
(Saale)
*



*Leucoium bulbif.
praecox minus.*

*Leucoium
Bulbosum*

*Leucoium bul.
praecox Byzantia*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*





Hyacinthus Indi-
cus Tuberosa Radice





Hyacinthus Peruanus





Hemerocallis

Valentina.





Canna Indica.





*Ornithogalum
Arabicum.*



Asphodelus.





Ranunculus





Satyriumè
Guinea delatū.

Iris augustifolia hispanica
bulbosa non scripta



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*

Das abgebildete
Pflanzchen ist ein

Stachys
Gemmae d'Alain





Iris fusiana
Maior





Alba Iris oris ceruleis.

Iris Tuberosa.

Iris lusitanica latifolia prima Clusij.

Spatula foetida.

Sisyrinchium maius.







Hyacynth. Serotimus facie Orientalis.

Zumbul Indicum.

Hyacinthus stellaris germanicus.

Hyacin. Stellatus Cineracei.


Hyacinth. bisantinus

Comosus fl. albo.

Hyacynth. flore Cerulea panula

hispanicus Iustar Cam.





UNIVERSITÄT
HALLE
(Saale)
*



Lilium Rubrum præcox.





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*

fritillaria Vulgaris.



fritilla. pyrenica atropurpurea.



*Fritilla. hispanica
maiori Umbellifera*



fritillaria Lutea



*fritillaria
Italica.*



fritilla. alba.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*



Croc. vern. latif. purp. versicol. flor.

Croc. vern. latifol. duplici flore.




Cro. Vernus flore

aureo rutillate.

Croc. Vern. latifol.

flavo flore.



Croc. Vern. latifol. F.V.

flore. duplici.



Auricu Vrsi flo. purpureo.



Auricu Vrsi flo. rubro



*Auricu Vrsi flo. et folio bou-
raginis Mycorij.*



*Auricu Vrsi flo.
albo.*



*Auricu Vrsi
flo. Rubello*





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saale)
*



*Animo latifol
mineao flore*

*Animo flore
purpureo*

*Ranū Tripolitanus simplex
flore Rubro*

Ranū Glomeratus

*Ranū
anglicus Tuberosa
polyanthos*

Ranun. Illyricus Minor



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(Saxe)



Ranunculus Asiaticus
flore albo.



Ranunc. albus Talietri

Aconitum hiemale.

Ranunculus
albus
multiplex

Caryophyllata vulgaris

Ranunculus lusitanicus
authomnalis

Ranunculus vernus
authomnalis.

luteus facie
nalis.



Colch Pannonicum
albu polyanthemū



Colchicum flore pleno.



Colch flore
atropurpurate.



Colchicum variegatum

polyanthemus.



Crocus Autumnalis

flore violaceo.



Nar. luteus

autumnalis.



Colch[?] Bysanti.



Colchicum
hermoclactillū
flore subalbido.





Anemo. Maximalatifolia
polyanthos Calcedoni

Anemo. pauciflora
Maior.

Anemo. latifolia Maior
flore miniato.

Anemo. pauciflora
flore simplici

Anemone. flore
purpureo.

Anemo. latifolia.
flo simpli. miniato

Anemo. tertia Mathi.

Ranunc. Nemorosus
flore Carneis
multiplici





*Anemo. bisätina tenuif.^a
flore polyfib.*

*Anemo. tenuif.^a flore
simplex coccineo.*

Anemo. tenuif.^a flo. pupureo.

*Anemo. pauo. minor
Umbilico albo.*

*Anemo pauo. minor
absque Umbilico.*


Anemo. Tenuif.^a flo. Violacco.

*Anemo. tenui
f.^a flore Carneo.*

*Anemo. geranii
folio flo. ceruko.*







Sb 3572, 4°

ULB Halle
007 398 28X

3



157A



